96 2177

uel eorum posteriorum. Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliens extunc recessu suprascripto quo ad respondendum Spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stare, Iuri parere, respondere Vadium perfactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac etiam omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causas eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate maiori Minorennitate Successorum, legatione intra uel extra Regnum seruitio Militari ad munimenta ad euictorem Vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praeterea ultra primos et proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones apellationes, ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus uel triplicatis euasionibus, suspensionibus fatalis Iuris proscriptione Terrestri bello Conuentioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis Iuris non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Ac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante

Gnosa Zdzanska Gnosae Zmiartowska Mille florenos Debet. 2019

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter comparens Gnosa Catherina Szumowska Generosi olim Andreae Zdzanski Consors derelicta Vidua, sana mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti uero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter, et plenarie incorporando, atque subijciendo, palam libere publice ac perexpressum recognouit. Quia ipsa Gnosa Catherina Zwiartowska olim Ge:

nerosi Stephani Zwiartowski cum Gnosa Anna Zdzanska Consorte eius legitima procreatae Filiae, sui vero Recognoscentis Nepti, eiusque posteris summam Mille florenorum polonicalium monetae et numeri in Regno curren tis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando et Nu merando, certi veri iusti, et liquidi debiti mutuataeque apud ipsam per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque debet Quam quidem summam supradictam Mille florenorum polonicalium eadem Suprascripta Recogno: scens Gnosa Catherina Zdzanska se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis, et Obligatoriis mobilibus et immo bilibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptae Gnosae Catherinae Zwiartowska Nepti et Creditrici suae eiusque posteris hinc et ab actu praesenti pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in An no proxime Venturo Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo realiter et in effectu soluturam, et coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensis reposituram et relicturam, repositamque et reli: ctam rursus ab eodem Officio non effideiussuram nec arestaturam, vel quo vis alio modo solutionem summae eiusdem praepedituram, et impugnaturam inscribit et obligat praesentibus idque sub Vadio similis summae Mille floreno rum polonicalium per eandem Recognoscentem sive eius posteros supra me moratae Gnosae Creditrici suae, eiusque successoribus ob non solutionem su mae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad soluendum Suc: cumbendo Pro quoquidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda summaque ipsa principali non soluta soluenda Citata existens memorata Recognoscens Gnosa Catherina Zdzanska sive eius successores ad instantiam praefatae Gnosae Catherinae Zwiartowska Neptis et Creditricis suae vel eius poste rorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc re cessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere re: spondere Vadium praetactum luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores

ad eadem omnia

ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad evictorem Vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalis Juris proscriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 23/V

294

Bilinski Tarasowicz Consorti suae Centum florenos in Vim dotis Reformat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Nobilis Lucas Bilinski Tarasowicz olim Devoti et Nobilis Andreae Bilinski cum Nobili Anna Czaykowska Consorte eius legitima procreatus Filius sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice, ac perexpressum recognovit Quia ipse Nobili Marinae sui Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris Summam Centum florenorum polonicalium Super tota et integra medietate Omnium generaliter bonorum suorum Mobilium et immobilium summarumque quarumuis peccunia: